Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

bebit michi modo plusquam duodecim legiones
angelorũ: Quomodo ergo implebuntur scripture:
Oportet sic oportet fieri. In illa hora: dixit ihesus
turbis. Tamquam ad latronem existis cũ gla-
dius et fustibus comprehendere me. Cottidie apud
uos sedebam docens in templo: et non me tenuis-
tis. Hoc autem totum factum est: ut impleren-
tur scripture ꝓphetarum. Tunc discipuli omnes relic-
to eo fugierũt. At illi tenentes ihũm: duxerunt
eum ad cayphan principem sacerdotum: ubi
scribe et seniores conuenerant. Petrus autem
sequebatur eum a longe usq; in atrium princi-
pis sacerdotum. Et ingressus intro: sedebat cum
ministris ut uideret finem. Princeps autem
sacerdotum et omne concilium querebant falsũ
testimoniũ contra ihũm: ut eum morti traderent.
et non inuenerũt cum multi falsi testes acces-
sissent. Nouissime autem uenerunt duo fal-
si testes: et dixerunt. Hic dixit. Possum destru-
ere templum dei: et post triduum reedificare il-
lud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi.
Nichil rũdes ad ea que isti adusum te testificã-
tur. Ihesus autem tacebat. Et princeps sacer-
dotum ait illi. Adiuro te p deum uiuum: ut
dicas nobis si tu es xps filius dei. Dicit illi ihs.
Tu dixisti. Verumtamen dico uobis: amodo ui-